



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Candela Evangelica

Landsberg, Johannes Justus

[Köln], 1526

VD16 J 1187

Illustratu[m] 12.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34415

Secitas, o presumptio, o temeritas. Non officias
mihi veteris et noui testamenti pres, aut Grecoꝝ con
suetudines, vel similia, contra que iam latissime docto
res egregie prescripserunt. Candela nostra ad hanc dilu
cidandam se non extendit, sed ad sacros canones vel re
gulas te transmittit, quas spiritus sanctus per electos
suos dictauit, et per eas per diuersitate temporum mem
bra ecclesie que viuificat, regit. His legibus et regulis
te presirma, si uolueris nomen euadere Belial, et parte
habere cum Christo. Non enim est participatio Chri
sti uilla cum Belial. 2. Cor. 6. Ecclesia primitiua pro
pter caritatem seu inopiam hominum dignorum vel
aptoꝝ ad officia ecclesiastica, elegit coniugatos, sed
ordinatos ad officia nunquam permisit noua inire con
iugia. Nunc multiplicatis fidelibus, solis continentibus
officia committit ecclesiastica sancta mater ecclesia.
Ne luxuriantibus in ea. Greci uero stabunt in ordi
ne suo coram deo. Hi sepe rebelles ecclesie dei inue
ti sunt. Manifestum est ex scripturis, per tempore alio
quid pulchrum et necessarium fuisse, quod sequenti
tempore turpe extitit. Exempli causa: Fratrem et so
rorem matrimonialiter coniungi, tempore Ade et Aoe
necessarium extitit et in precepto et in benedictione, et
ergo pulchrum, quod tamen postmodum prohibuitur fu
it et turpe. Leui. 18. ubi dicitur sic: Turpitudinem soror
ris tue ex patre siue matre, que domi uel foris gesta
ta est, non reuelabis. Nunc in breuibus ostendamus,
unde leges humane habeant uim obligandi, etiam
in foro conscientie. Ultra modum est mirabile, quod non
considerant qui nomen sibi uendicant Christianita
tis, quod alienum sit ab humana natura non regi legibus
etiam humanis, cum propter corruptionem nature hu
mane, nulla etiam modicissima congregatio subsistere
ualeat sine regula uel lege. Illustratum .12.
Est multiplex lex: Prima est eterna: hec est ratio
gubernationis rex in deo sicut in principe uniuersita
tis, qui nihil percipit in tempore, sed habet eternum conce
ptum. De hac dicit in psal. Lex tua ueritas. Ideo non

potest errare. Ab hac omnes iuste leges derivant iuxta illud **Pro. 8.** Per me reges regnant, et legum conditores iuste decernunt. Ab hac lege primo derivat lex naturalis, quae est quaedam inclinatio rerum in proprios actus, et fines ex impressione eterne legis. Quae tamen impressio excellentiori modo est in homine quam in ceteris animatis vel inanimatis, in quantum est ipse homo particeps providentiae, sibi ipsi et aliis providens. Primum principium huius legis est, bonum est quod omnia appetunt. Primum ergo preceptum huius legis est, quod bonum est faciendum et persequendum, et malum vitandum, et super hoc fundantur omnia alia precepta legis naturae. Ab his duabus legibus, eterna. scilicet et naturali, derivantur omnes leges humane, in quantum. scilicet ex impressione eterne legis, et preceptis legis naturalis, quasi ex quibusdam principibus communibus et indemonstrabilibus humana ratio procedat ad aliam magis particulariter disponenda. Et iste particulares dispositiones adinveniente secundum rationem humanam, dicuntur leges humane. Et sunt summe necessarie. Facte enim sunt, inquit **Isidorus**, ut earum metu humana coercescatur audacia, tutaque sit inter improbos innocentia, et in ipsis improbis (formidato supplicio) refrenetur nocendi facultas: **Hec ille.** Homo enim (teste **Philosopho**) si sit perfectus virtute, est optimum animalium: si vero separatus a lege et iustitia, est pessimum omnium, quia habet arma rationis ad explendas cupiditas et sevitias. Necessarium ergo fuit ad pacem hominum et virtutem quod leges ponerentur. Quarum quedam derivantur ex lege naturali, sicut conclusiones ex principiis: ex illo namque quod nulli est faciendum malum, sequitur quod non licet aliquem occidere, nec decipere in emendo et vendendo et similibus. Et hoc vocatur ius gentium, quod equaliter apud omnes gentes servatur. Quedam vero leges derivantur ex lege naturali, sicut determinationes quedam aliquorum communium. Sicut lex naturae habet quod ille qui peccat, puniatur: sed quod tali pena aut tali puniatur, pertinet ad ius civile, et tale

les determinationes differenter tradunt in regnis,
in ciuitatibus, z ceteris locis. Uterq; tamen modus
ex principiis naturalibus siue pcludedo, siue deter
minando in humana lege p̄tinet. Hec sunt leges ca
nonice, he sunt leges imperiales, he sunt leges ter
rarum, ciuitatum, villarū, z similibus locorum. Que
omnes cōdite sunt vt refrenent mali, vt vitia exclus
dantur, vt subditi boni z virtuosi reddant. Omnia ta
men mala emendarinō possunt. Vñ Aug. Lex que
regendis ciuitatibus fert, multa pcedit, atq; impu
nita relinquit, que p diuinam prouidentia vindican
tur. Quapropt̄ (sc̄dm eundem in libro. I. de lib. arbi
trio) vt nullū malū improhibitum z impunitū rema
neat, necessariū fuit supuenire legem diuinā, p quā
omnia peccata prohibent. Hec etiā interioris hoīs
motus regulat, ad q̄s humanum iudiciū se non extē
dit. Ad huius leḡ diuine impletionē perfectam, p
sanctos patres spūs sanctus certos viuendi modos
z leges instituit, quas regulas, vel statuta, vel p̄ue
tudines (que vim legis obtinent) appellāt, ad quas
nemo obligat, nisi professus earū, prout infra dicet.
Oīs itaq; humane leges p̄scripte, hñt vim obligan
di in foro p̄scientie, a lege eterna, a q̄ deriuant, secū
dum illud p̄uouerb. 8. per me reges regnāt, z legū
conditores iusta decernunt, z non ab hoīe, qz homo
homini (vt sic) non p̄t imputare peccatū, sed solus
deus, cui dicimus: Tibi soli peccaui. P̄ctm̄ em̄, te
ste Aug. est dictum vel factum vel concupitum con
tra legem eternā. Ergo delinquentes in leges, in de
um peccant, z sibi damnationē acquirunt, qz diuine
ordinationi resistunt, iuxta dictum Ap̄li, si tñ leges
ipse radicare fuerint in lege eterna, ex qua habet q̄
iuste sunt. Non est aut, nec quidem dici potest lex, si
iusta non fuerit, teste Augu. Quapropter leges in
iuste non obligant in foro p̄scientie, nisi forte propter
vitandū scandalum vel turbationem, propter q̄s eti
am homo iuri suo cedere debet, sc̄dm illud Math.
5. Qui abstulerit tibi tunicam, da ei z pallium. Ad

nam non est faciendum, si peiora sequerent. Pers
uersi enim homines totum tollerent, si ipsis resistentia
non fieret. Nec etiam est faciendum, quoniam iniusta lex
contrariaretur diuine legi, inducens non ad patientiam,
vel aliud bonum, sed ad peccatum, quod obedire oportet deo
magis quam hominibus, Actuum. 5. Peccat autem in deum
quod relinquendo leges prelatas diuersis motibus. Pri
mo contemnendo auctorem legis vel superiorem. Qui con
temptus grauior est quam contemptus contra legem, cum qui
mitius agitur, quam cum legis ministro secundum iura. Se
cundo contemnendo legem, quod scilicet non vult subici legi
cui est astrictus, et ex hoc procedit agendo contra legem.
Talis operatur contra legem proprie ex contemptu. Hec
attenderent Lutherani et heretici, legislatores diuos,
pontifices sanctos, et imperatores, sacrasque leges et
canones contemnentes, si intellectum haberent. Ter
tio ex ignorantia, vel negligentia, vel ira, vel cupiditate
scilicet et similibus. Si quis ex quacumque causa transgre
ditur legem, et habet animam continuandi transgressionem, ta
lis debet peccare ex contemptu interpretationis: Hec sunt
transgressores. Iusto autem, secundum Apulum. I. Tim. I.
non est lex posita, sed in quantum cogit et punit, quia ius
tus coactione non indiget, cum ex amore libere legem
impleat: ideo etiam penam non meretur. est tamen
iusto lex posita, dirigens eum. Ex predictis liquet, quod leges
humane vim habent obligandi a lege eterna. Ea
propter potius dicende essent diuine leges quam huma
ne, quia a deo emanant per homines. Lex quippe eterna
est ipse deus. Que etiam lex humanata, verbo et fa
cto nos docuit humiliter eisdem humanis legibus obe
dire. Attendamus hunc ducem ac preceptorem nostrum
Christum Jesum: Ipse didrachma soluit, a Pilato
sententiam mortis accepit, et obediuit. Vestes requi
situs exiit, et flagellis se aptauit. Iussus sedit coro
nandus et illudendus. Impositam crucem obediens
portauit. Postulat manus extendit et pedes, ut affi
geretur. Confundatur qui se non subdit dei vicariis
et sacris legibus, cum suus dux saluator et dominus se pro

eo subdiderit iniquis iudicibus, ministris, et potestati-
bus, atque humanis legibus.

Illustratum .xiiij.

Superius inter leges, que vim habent obligandi, posita est lex diuina, ad cuius perfectam impleti-
onem (vt ibidem dictum fuit) per sanctos patres spiritus
sanctus certos viuendi modos et leges instituit, ad
quas tamen nemo obligatur, nisi professus earum, pro-
pter quam professionem seu votum ille leges vim ob-
tinent obligandi, etiam in foro conscientie, vt scriptura sa-
cra testatur Numeri. 30. Si quis virorum votum domino vo-
uerit, aut se iuramento pristinaverit, non faciet irritum
verbum suum, sed omne quod promissit, implebit. Hec
precepit ibidem dominus deus. Vtrumque est obligatorium, vo-
tum tamen magis. Cuius ratio est: Quia obligatio vo-
ti causatur ex fidelitate, quam deo debemus. Ad quam
requiritur, quod ei promissum soluamus. obligatio autem iu-
ramenti causatur ex reuerentia, quam debemus ei, ex
qua tenemur quod verificemus id quod per nomen eius pro-
mittimus. Omnis autem infidelitas irreuerentiam conti-
net, sed non e contra. Vnde et infidelitas serui ad dominum
videtur esse maxima irreuerentia ad ipsum. Et ideo votum
ex sua ratione magis est obligatorium quam iuramen-
tum. Quatum vero deo displicet votum infidele, ostendit
spiritus sanctus per Ecclesiasten ca. 5. dicens: Si quid
vouisti deo, ne moreris reddere, displicet enim ei infide-
lis et stulta promissio, sed quodcumque voueris redde.
Dicitur promissio infidelis, quando votum non red-
ditur. Dicitur stulta, quoniam est de re illicita, vel impossi-
bili, vel de re que non cedit in honorem dei, vt leuam
refestucam de terra. Ex predictis vero manifestum
est, quod votum obligat ad id quod vouit quis fide-
liter implendum.

Illustratum .xiiij.

Supradicti vero modi viuendi aut leges non dis-
crepant, nec elongant neque recedunt a lege diuina
seu euangelica (vt quidam velut infernalis canes